

*Adhæc, qualis plerumq; sit exitus belli iniuste suscepti, eiusq; auctores ad quam necessitatem adigantur, declarat ipse Phineus belli temerarius auctor, cum inquit:*

Exitus iniuste bellū moventiū.

Non cessisse piget, &c.

FAB. II. VICTOR ABANTIADES &c.

De Præto in saxum.

FAB. III. TE TAMEN, &c.

De Polydecte in lapidem.

FAB. IV. HACTENVS AVRI-  
GENÆ &c.

De Musis in aves, & Pyrenæi præcipitio.

*Musæ, ab inquirendo dictæ sunt. Artes enim literarum inquirunt, bona, utilia, & quæ ab indoctis ignorantur. Ea perhibentur & virgines, eò quòd studiosi literarum debent esse modesti, & ab omni obscenitate alieni. Vt autem virgines obnoxie sunt iniuriæ, ita & artes literarum, præsertim belli temporibus. Musæ itaq; expetunt imprimis pacem.*

Musæ ab inquirendo, & cur dicantur virgines.

*Porrò fabula docet, literarum studia esse Deo curæ. namque, quibus Musæ effugiunt, divinum significant presidium, quo literarum studia mirabiliter conservantur. Sic nostro tempore, bellis in Saxonia exortis, Musæ alas adeptæ, Viteberga & Lipsia avolabant: nec tamen interierunt.*

Literarum studia à Deo conservantur.

*Devastatâ Phocensium regione, Pyreneus vim Musis attulit, hoc est, domicilia literarum evertit: dumq; illas fugientes à sublimi loco persequeretur, decidit præceps, & discusso capite interit.*

Pœna tyrannorum honestis artibus infensorum.

FAB. V. MVSA LOQVEBATVR &c.

De Pieridibus in picas.

D

Picæ